tuis . cū omī infestatione et incursibus tuis .
nec ullas in hac dei ymagine insidiarū tuarū
subocultes requias . Ut ne id solū me contēp
nendū putes . ecce signū crucis ✠ dn̄i nr̄i
iesu christi in quo omīs plenitudo diuinitatis
inhabitat corporaliter . per quod tremebundus
et pauefactus excluderis . Absit a corde eius
omē infirmitatis lubricū . omē incōposite con
uersationis indignū . Absint fedi actus et fedi
sensus . Absit a corpore pariter atq3 anima oīs
dyabolice tēptationis grauis et maculosa con
tagio . ut qui in illo viuifico et īmortali bono
fonte plene ac pfc̄e gracie puritatem īgressus
cupiebat egressus postea non relinquat Per
eū qui venturus est iudicare viuos et mortu
os et seculū p ignem ✠ Adiuro te p deū vi
uū et p deū omīpotentem īmundissime spūs
qui es inueterator malitie . materies criminis

origo peccati, qui fraudibus delectaris, sacri
legiis pasceris, stupris et cedibus gaudes.
Et invocato dñi nři iesu christi nomine incre
pamus et adiuramus per eiusdem maiestatem
atqȝ virtutem. Per passionē et resurrectionē
eius, per adventū eius ad iudiciū, ut in quocūqȝ
membrorū, aut in quacūqȝ membrorū eius pte
latites, ppria te confessione dicto noīe tuo mani
festes, excagitatusqȝ spiritalibus plagis, et īvi
sibilibus tormentis, vas qđ obtinuisse te credis
effugias, et expiatū demonē post habitationē
dño derelinquas. Sufficiat tibi qđ prioribus
seculis per hoīm corda pene p totū orbem dña
tus es. Jam in dies singulos destruitur regnū
tuū, tuaqȝ quotidie usqȝ in finē tela deficiunt.
Tu vastatus egyptiorū plagis, tuqȝ in phara
one dimersus, in hiericho destructus, in septē
chananeis gentibus stratus, per samsonem
in allophylis subiugatus, per david truncatus
in goliad, per mardocheū in aman expolia
tus, per danielem in bel destructus, in dra
cone punitus, per angelū in herode percussus,
per dñm nřm iesū christū in humanis impe

rys subiugatus. per paulū cecatus. in ymagine
ustus. in vipera per petrū disruptus in symone.
per omēs sctōs deinceps fugaris. torqueris il
luderis. eternis ignibus et inferni tenebris
deputatus. Unde dn̄s nr̄ iesus christus in adā
scdo de mortis pcīo hoiēm dū de te triumphat
redemit. Absrede inimice laqueatur et post
hec prohibentibus et cominantibus nobis cor
pus deo dicatū non repetas interdictū tibi sit
in nomīe prīs ✠ et filij et ✠ spc ✠ scti.
in gloria dn̄ice [redacted] passionis cuius cruore sal
uatus aduentū eius expectat. confitetur iu
diciū Qui viuit et regnat cū spū scto ī glā
prīs. quia venturus est iudicare viuos et
mortuos et sclm per ignem ✠ Diuino p
cepto sacro imperio trino pietatis auxilio. im
pero atqz contradico tibi damnate ī munde spūs.
auctor concupiscentie. princeps supbie. radix
amaritudinis. scissor vniuersitatis. hostis pacis.
inimicus castitatis. in pace subdolus. in psecu
tione violentus. anteqz miles desertor. priusqz
imperator tyrannus. anteqz rapias raptiuus.
Tu ab origine supbus. et inuidiosas artes ma

chinaris. Deo te esse similem voluisti dicens. As
cendam in nubem et ero similis altissimo. Tibi
enim parum fuit angelica dignitatis forma qua tibi
prius utebaris. Sic eras in paradiso tanquam gem
ma preciosa. et exaltatus in tua pulchritudine
diu voluisti temptare. Tunc te ~~voluisti~~ universorum
creator deus ab alto desuper terras captiuauit.
et cum vidisses hominem sacris manibus factum.
ad ymaginem dei formatum. inuidia tunc doloris
accensus et ingenio crudelitatis verbis sim
plicioribus irretisti. et serpentina fraude de
ceptum in sempiternum perire voluisti. promit
tendo bona et dando mala et in inferno vase
muliebri imperium mortis obtinuisti. Tu isra
heli gentium simulacra preparasti ut deum viuum
derelinquerent et sculptilibus lignis et lapi
dibus deseruirent. Tu es arbor totius amari
tudinis qui varias immittis concupiscentias
Da ergo honorem deo viuo et vero et time nomen
domini nostri iesu christi qui venturus est iudicare
✠ Omnipotens domine verbum dei patris omnipotentis
christe iesu dominus et deus universe creature qui
sanctis apostolis tuis potestatem dedisti calcandi

super serpentes et scorpiones. quiqꝫ inter cete
ra mirabiliū tuorū ꝓcepta dignatus es eis di
cere demones effugate. Cuius virtute virtus
tanqꝫ fulgur de celo sathanas cecidit. tuū no
cū timore et tremore supplex deprecor. ut indig
nissimo mihi peccatori data venia oīm delictorū
confidentiam et possibilitatem donare digne
ris ut hunc crudelem dracone brachij tui mu
nitus potentia fideliter et securus aggrediar
Qui cū p̄re et spū s̄cto vivis et regnas d̄s p.

Exorcismus b̄ti martini coniuratio generalis

Ex imperio dei omipotentis. et iesu dn̄i
nr̄i passione ac resurrectione eius tibi
sūmi furoris et iniquitatis et oīs invidie
auctor. qui sub sigillo salomonis fuisti torme
tū dei oīpotentis quicūqꝫ es aut undecūqꝫ
es spūs īmunde, siue de inferno. siue de aere.
siue de monumentis. siue de speluncis. siue
de paludibus. siue de locis aquosis. siue de ri
uis. siue de vijs. siue de invijs. siue de splūis
siue de ꝑmis. siue de sūmis. siue de ignis in
censo. siue de cavernis petrarū. interdicitur
tibi het ꝑmago dei. per deū quoqꝫ celorū oīmqꝫ

virtutū, per deū creatorē et moderatorē totius
creature ✠ Interdicitur tibi et sodalibus tuis
et oībus angelis tuis contrarijs hoc plasma
dei omīpotentis ✠ Nūc ergo adiuro te īmun
de spūs ꝑ aduentū dn̄i nr̄i iesu christi ut tol
lais te et exeas ab oībus membris istius fa
muli dei N a capite, a capillis, ab humeris,
a collo, a brachijs, a dorso, a scapulis, et ab in
terioribus ꝑtibus, a ventre, a genibus, a cru
ribus, a plantis, a trecentis et sexaginta qūi
qꝫ membris que dn̄s nr̄ iesus christus ad suā
similitudinē conpaginare dignatus est ✠
Adiuraris īmunde spūs per deū verū, per
deū viuū, adiuratus sis ꝑ deū sctm̄ qui palmo
mensurauit terrā, que eius pugillo [illegible]
cōprehensa contremuit, ita et tu īmūde spūs
contremiscre virtutē dei omīpotentis quē con
tremiscit celū et terra et mare et oīa que in
eis sunt. quē contremiscunt angeli et archan
geli. quē contremiscit oīs creatura, quē con
tremuit sodoma et gomorra et oīa fundamen
ta terre ✠ Interdicitur tibi īmunde spūs
hec ymago dei per eū qui sedet in throno reg

ni, sub cuius pedibus exeunt choruscationes ven
ti et tonitrua. Per ipsius no͡ et virtute adiu
raris et ꝯstringeris de quo ꝑnunciauit iohēs
in apocalipsi dicens. Vidi illū sedentē inter
septem candelabra aurea indutū podere, atq̃
cinctū zona aurea sub mamillis suis. capilli
eius albi sicut nix. aspectus eius velut flam
ma ignis. vox eius velut vox aquarū multaꝝ
pedes eius similes auricalco. ex ore eius exi
uit gladius ex vtraq̃ ꝑte acutus vnde te inter
ficere habet. Proinde vane et imunde spūs ad
iuraris ✠ ꝑ eū qui dignatus est baptizari
aquis iordanicis. et spūs sctus sup̄ eū in spē
colūbe descendit. In ipsius noīe interdicitur
tibi ✠ imunde spūs et erratice spūs. ut
nullo modo presumas nocere huic famulo dei
N neq̃ in dolore. neq̃ in insania. neq̃ in vul
neribus. neq̃ in aliquo maleficio. neq̃ am
bulanti. neq̃ stanti. neq̃ iter agenti. neq̃ vi
gilandi neq̃ dormienti. neq̃ dū manducat
et bibit. neq̃ dū aliqđ opus facit. quia creatu
ra et plasmatio dei est ✠ Ergo maledicte
dyabole eterna cōbustione damnande quid

acturus es qn̄ ipse rex veniet in nubibus celi
cū potestate magna et maiestate. cū exercitu
angelorū et archangelorū. et cū oībus vir
tutibus celorū. Et tunc oēs montes ardebūt
sicut cera. et campi fulgurabūt ut bitumen.
Celū plicabitur et mare siccabitur. et oēs
apparebunt in conspectu claritatis eius. et
tunc ubi fugies an̄ faciem eius. ubi te celabis.
ubi absconderis īmunde spūs. ubi poteris la
titare an̄ iracundiam dei cū venerit iudicare
vivos et mortuos. in cuius iudicio damnand9
eris pena perpetua Ideo interdicitur tibi ī
munde spūs horribilis het imago dei. Interdi
citur tibi ✠ nomen christianitatis ✠ In
terdicitur tibi plasma dei de eo qui conceptus
est de spūsctō natus ex maria virgine. et in ea
dem carne passus mortuus et sepultus et re
surrexit. Per ipsius nomen qui pedibus siccis
sup mare ambulauit ✠ et petro mergenti
dexterā porrexit ventis et fluctibus imperauit
Interdicitur tibi ✠ īmunde spūs ut nullo
modo audeas nocere huic famulo dei. N. quē
pretioso [illegible] sanguine liberauit idem christus

dn̄s noster qui venturus est iudicare vivos et mortuos et cetera. Nunc ponatur paciens in fontem ponendo manum in summitate capitis faciat crucem tribus vicibus dicendo, pueris cathecuminibus vero

Exi ab eo sathana et da locum spiritui sancto paraclito. Item

Impositio manuum super infirmum dicendo

Innumeras medele tue curas deprecamur dn̄e sancte pater omnipotens eterne deus quas distribuit humanis infirmitatibus christus. erige famulum tuum. N. egritudinis languore depressum. et omnem sensum eius dignare tuis visitationibus refovere. quatenus adoptionem tuam possit cum gaudio sanitatis percipere. Expelle itaque ab eo cuncta contrarie valitudinis tela. ut ad gratiam tuam gratanter occurrat. Recedat tua que vedi mere gladiis. ut baptismi sit in illo palma non mortis. et gloriosum semper baiulet quod accepit signaculum crucis. Per dn̄m nostrum iesum christum qui venturus est iudicare vivos et mortuos et cetera.

Omnipotens sempiterne deus a cuius Oratio facie celi distillant. montes sicut cera liquescunt. terra tremuit. cui patent abyssi. quem infernus pavescit. quem omnis terrarum motus as

piciens humiliatur. Te supplex deprecor dñator dñe ut inuocatione nomĩs tui ab huius famuli tui. N. vexatione inimicus confusus abscedat et ab huius possessione aĩa liberata ad auctorẽ sue salutis recurrat. liberatorẽq̃ suũ dyaboli co fetore depulso. et odore suauissimo spũssctĩ percepto sequatur. Per eũ qui venturus est zc̃

Dñe scte pr̃ omĩps eterne deus tuã Oratio virtutẽ totis exoro gemitibus pro huius famu li tui. N. a dyabolo oppressa infantia debellata et noli diu retinere vindictã. Nec añ cõspectũ tuũ veniant parentũ delicta qui nec pro filio prẽm. nec pro pr̃e promisisti filiũ iudicare. Auxiliare q̃s inimici furore vexato. ne sine baptismatis gratia facias eius aĩam a dyabolo possideri. sed potius tenera etas maligni spũs oppressionibus liberata tibi referat gracias sempiternas P eũ qui ven zc̃ Oratio

Famulũ tuũ dñe ad tui baptismi grãm recurrentẽ respicere et conseruare dignare. ut in tui nomĩs signo quicquid in eo per origina lis pcĩ transgressionẽ pene obnoxiũ dyabo lus detinebat. sacri fontis indulgentia resol

uatur. Veteris hominis exuuias deponat. et
noue vite indutus amictu resurgat. Omīs
nequissimi spūs ab eo venena depelle. et salu
tari baptismi tui gratia adimple. ut tui mune
ris perceptione in eterna vita valeat exultare
✠ Nec te lateat sathana īminere tibi penas.
īminere tibi tormenta. īminere tibi diē iudicij.
diē supplicij sempiterni. diem qui venturus ē
velut clibanus ardens. in quo tibi atqꝫ vniuer
sis angelis tuis ꝑparatus est interitus. Et ideo
pro tua nequitia damnande atqꝫ damnate da
honorem deo viuo et vero ✠ da honorem ihesu
christo filio eius ✠ da honorē spūi sctō para
clito. In cuius nomīe atqꝫ virtute precipio ti
bi quicūqꝫ es īmunde spūs ut exeas et rece
das ab hoc famulo dei. N. et eū deo suo red
das quē hodie idem deus et dn̄s nr̄ iesus xp̄s
ad suā sctām grām et bndictionē fontemqꝫ
baptismatis dono spūsscti vocare dignatus
est ut fiat eius templū per aquā regenera
tionis in remissionē oīm pctōꝝ. In nomīe
eiusdē dn̄i nr̄i iesu christi qui venturus ē zc
Medelam tuā deprecor dn̄e scte Oratio

pater omīps sempiterne deus qui subuenis
in periculo laboranti · qui temperas flagella
dū uerberas. Te ergo dn̄e supplices exoram̄
ut visitatione tua sctā erigas ad te et eripias
famulū tuū N. nec aduersarius liceat usqȝ
ad tentationē anime ꝑuenire. sed sicut ī iob
terminū pone ne inimicus de aīa ita trium
phare incipiat. Differ dn̄e exitū mortis. et
spaciū vite distende Releua quē perducas
ad baptismi sacramentū ne redēptione tue
inferas damnū Tolle occasionē dyabolo triū
phandi et reserua quē triūphis compares
christi ut sanus tibi in ecclesia tua gratia
baptismatis renascatur qui es factur̄ nr̄
tā que petimus ✠ Vn̄ maledicte sathana
recognosce sententiam tuā et da honorē deo
viuo et vero. da honorē iesu christo filio eius.
et spūi sctō paraclito. Et recede ab hoc famulo
dei Tibi ergo precipio damnate spūs hostis
humani generis per deū prēm omīpotentē
✠ inuisibilem. incōprehensibilē atqȝ īmor
talem qui fecit celū et terrā mare et oīa que
in eis sunt. omīs virtus aduersarij. oīs exer

citus dyaboli. omīs incursus inimici. et oīs phantasia. et omē phantasma sathane eradicare et effugare ab hoc famulo dei N. ita ut in eo ultra locū non habeat contrarie virtutis admixtio. Sed tu deus omīps spiritus adesto ut corpus demoniys obsessū tota nequicia dyabolica tua potentia sit purgatū. Per hoc signū scte crucis ✠ quod tu maledicte dyabole nūqȝ audeas adiuratus violare vel resignare. Per dnm̄ nrm̄ ꝛc. Oratio

Te dn̄e suppliciter exoramus ut visitatōe tua scta erigas hunc famulū tuū N. ut antiquus adversarius non habeat occasionem temtandi in eundem. Per eū qui venturus ꝛc.

Signet eū inter scapulas tribus vicibus dicendo

Exi ab eo īmunde spūs ab hac creatura dei N.

Deus qui in flumine iordanis Oratio misisti spm̄ sctm̄ tuū ut sup vnicū filiū tuum requiesceret in similitudine et spē columbe Per illam sctām graciā tuā deprecamur te ut eundem spm̄ in me licet indignū exorcistam mittere digneris. qui dyabolū cū oībz fantasmatibus suis. et cū omibus turbis

suis dyabolicis si sint plures ab hoc hoīe N. expel
lere dignetur. et eundem gracia sua ita illustret
seu illuminet ut fiat tibi deo prī cū unico filio
tuo sctm̄ habitaculū Qui tecū vivit et regnat
in unitate eiusdē spūs scti deus Postea demer
gatur in aquā bndictam ter in nomīe patris
et filij et spūssti Amē Licentialis oratio

Dne iesu christe fili dei vivi altissimi rogo te
et obsecro te hūiliter et devote per illud
verbū dulcissimū quod tu dixisti centurioni
vade et sicut tu ~~dixisti~~ credidisti fiat tibi. Et
per illud verbū dulcissimū quod dixisti ceco
sedenti secus viam et mendicanti respice fides
tua te salvū fecit. Et per illud verbū dulcissimū
quod dixisti mulieri chananee. O mulier mag
na est fides tua fiat tibi sicut vis. Et per illud
verbū dulcissimū quod dixisti ad mariā mag
dalenā. fides tua te salvam fecit vade in pace
Et per illud dulcissimū verbū quod dixisti
paralitico. fili remittuntur tibi peccata tua. Ut
ita miām tuā et clemente bonitatē tuā osten
dere digneris sup hunc famulū tuū N. a de
monijs obsessū qualicunq modo vel forma. q

in te confidit sperat et credit et nomen sctm
tuū non negat. ut non pmittas eū vinci oīno
ab eisdem seu tentari. aut in erroribus duci ab
eisdem. sed potius adiuua eū grē tue auxilio
Ut ab eis oībus aduersis et singulis inconti
nenti omī mora post posita et deleta et absq̄
omī dilatione. et sine omī anime et corporis
sui lesione liberetur. nūq̄ȝ ad eundē reuersu
rus Qui cū deo prē viuis et regnas deus ꝛc̄
Hic insufflet in faciem obcessi dicendo orōnē
Exsufflet te spūs maligne et īmunde sps
cū omnibus tuis si sitis plures quicūq̄ȝ sis de
spiritibus īmundis. Ut ubicūq̄ȝ sis in p̄senti
homīe obsesso. spūssctūs paclitus quē in iorda
nis flumine sup christū baptizatū vidit io
hannes descendentem quasi columbam de celo
et manentē sup eum ut repellat te ab eodem
signo apparenti ita longe in profundū infer
ni vel alibi absq̄ȝ omī lesione eius et cuiusli
bet creature dei. ut ultra non reuerstaris.
et det ei tale donū ut ab oībus spiritibus ma
lignis in perpetuū illesus conseruetur Per
eū qui cū eodē spū sctō venturus ē iudicare

Sanet **Oratio sup̱ liberan̄ a demonio**
te deus p̄r omp̄s N. qui te creauit in car
ne ✠ Sanet deus dei filius qui pro te passus
est in cruce ✠ Sanet te deus sp̄us sc̄s para
clitus qui in te et sup̱ te fusus est in baptismo
✠ Sanet te sc̄a et indiuidua trinitas cū
omī sc̄itate ✠ Sanet te fides tua ꝓpria seu a
liena qui te liberauit ab omī infestatione et
illusione atq̃ vexatione dyabolica intus et fo
ris ✠ Sanet te signū sc̄e crucis dn̄i nostri
iesu christi filij dei viui altissimi ✠ Orēt
pro te angeli et archangeli dn̄i ✠ Orēt
pro te throni et dn̄ationes principatus et
potestates virtutes cherubin et seraphin
✠ Orent pro te viginti quatuor seniores
✠ Orent pro te p̄triarche et ꝓphe. orent
pro te apli et euangeliste. orent pro te mr̄es
et confessores. orent pro te virgines vidue
et continentes. orent pro te monachi here
mite et anachorite. Orent pro te omēs sc̄i
et electi dei ut sanetur corpus tuū et aīa
tua In noīe dei p̄ris omīpotentis ✠ et
filij ✠ et sp̄us ✠ sc̄i ab omī infestatione

et illusione atque vexatione dyabolica intus et
foris et ab omni dolore et tribulatione hic et in
futuro p. Exor^mo^ post liberationem ne spiritus redeat

Exorciso te omnis incursio sathane, et omne
fantasma in nomine domini nostri iesu christi,
et per patrem ✠ et filium ✠ et spiritum sanctum
et per conceptionem eiusdem domini nostri iesu christi,
per natiuitatem eius. per circumcisionem eius.
per baptismum eius, per ieiunium eius. per passionem eius. per crucem eius. per mortem eius.
per sepulturam eius. per resurrectionem eius.
per ascensionem eius. per aduentum eius super
apostolos. Per aduentum eius in die iudicii ad iustum iudicium iudicandum inter iustos et peccatores. et per omnes sanctos dei ut huic famulo
dei. N. non noceas nec licentiam habeas eum
in ullis perturbationibus contristari. in die
vel in nocte. nec in mente, nec in membris.
nec in cibo nec in potu, nec sedendo nec surgendo. nec ambulando, nec vigilando, nec
dormiendo. nec in visu nec in auditu, nec
in gustu. nec in odoratu, nec in tactu, nec
cogitando. nec loquendo, nec tacendo. nec in

igne. nec in aqua. nec intus. nec foris. nec
in itinere. nec in ullis locis. Nec impedias
eū querentē vitam eternā. sed saluus sanꝯ
et incolumis perseueret cunctis diebus vi
te sue Et ut exeas et recedas cito et absqꝫ
omī mora et dilatione ab hoc plasmate dei
cū omī malicia tua cū oībus sordibus et in
quinamentis tuis et cū cunctis satellitibus
tuis. Et non valeas deinceps neqꝫ per te.
neqꝫ ꝑ tuos ministros ei amplius illudere
ut templū effici mereatur et spūssctūs possit
habitare in eo. Et tu belial eradicare et ef
fugare ita longe ab eo ut ultra non reuerta
ris adeū. Adiuratus per nomen eiusdem
dnī nrī iesu christi nazareni Qui venturꝰ
est iudicare viuos et mortuos etc. Oratio
Suscipe dnē famulū tuū N. in bonum
et libera eū ex omībus periculis inferno
rū et ex omībus tribulationibus suis quas
gessit malignus in aīa vel in corpe huius
famuli dei N. et sicut liberasti enoch et he
liam de cōmuni morte mūdi. ita liberare
digneris eundē famulū tuū N. de omībus

tentationibus et vexationibus atque insidijs
dyaboli Quod ipse prestare digneris qui
in trinitate perfecta viuis et regnas. Oratio bona

Te deprecamur et inuocamus omnipotens deus
sancta trinitas ut hominem istum N. pietatem
tuam iubeas emundari petentem ab omnibus
insidijs demonum et doloribus immissionum eorum
Petimus etiam ut sancta virtus tua asseuetur in
hunc hominem N. egrotum et corroborare eum dig-
neris ad vitam eternam. Nam legimus in euan-
gelio tuo sancto quod cum imperio suo dominus iesus filius
tuus spiritus immundos eiciebat. et passiones ab
ipsis illatas potenter curauit ut impleretur
quod dictum est per prophetam ysayam. Ipse infirmi-
tates nostras et egritudinem [illegible] portauit. et
liuore suo plagas nostras sanauit. Et tu es domine
saluator qui apostolis tuis sanctis et omnibus in te
credentibus potestatem dedisti spiritus immundos
eicere et curare omnes languentes et infirman-
tes per inuocationem sancti nominis tui. Tu dixisti
quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit.
et quodcumque petieritis patrem in nomine meo dabit
vobis Tu domine dixisti. si vos cum sitis mali nostis

bona data dare filijs vr̃is quãtomagis dabit
pr̃ vester celestis bona petentibus se. Tu dix
isti si habueritis fidem et dixeritis huic mō
ti transi et transiet. Nos credimus te deū
esse omnipotentē. et apud te omĩa possibilia
esse. Te sctã trinitas inuocamus exaudi nos
dn̄e saluator nr̄. petimus te p nomē sctm̄ tuū
ut hunc famulū tuū N. ab omī incursu de
monū emundes. et oēm infirmitatē quã ei
dyabolus ingessit in aĩa aut in corpē medi
cina tua sctã sanes. Tu dn̄e dixisti. non est
opus sanis medicus sed egrotis. et non veni
vocare iustos sed pctōres. Tu es verus deus
et singulariter bonus cū prē et spū sctō. me
diator dei et hoīm et ppiciatio pro pctīs nr̄is.
omps ab omnipotente genitus ante sclã. Mit
te sctōs archangelos tuos michaelem. gabri
elem. raphaelem. ut assint et defendant ho
minē hunc N. quē tu pius plasmasti. cui aĩaz
dedisti. et sanguinē tuū pro ipō fundere dig
natus es. Protegant illū vigilantē. et illu
minent dormientem ab omī infestatione dy
abolica ita reddant illū quietū. tranquillū

atq; securu͂ ut nullā in eo potestatem habe-
ant ptes adverse, neq; in eu͂ ingredi psu͂ant
neq; animam eius neq; corpus ledere, fati-
gare aut terrere au͂t etiam tentationibus
titillare presumant. prestante dn̄o nr̄o iesu
christo, qui cu͂ zc. Oratio

Deus abraham, deus ysaac, deus iacob
deus oi͂m sctoru͂ honorificet filiu͂ suu͂ ut huc
hoie͂m sanet per nomen eius. quia p ipsu͂
nobis sanitas datur. et det huic N. integrā
sanitatē p dn̄m

Sequitur exorcismus demonu͂ per sanctu͂ ihe-
ronimu͂ sancte matris ecclesie doctorem editus
¶ Coniuratio generalis

Adiuro te non mea infirmitate sed in vir-
tute sp̄s scti ut desinas ab hys quod op̄s
deus ad ymaginē suā fecit. et specialiter ab
isto hoīe N. Cede, cede, cede demon non mihi
sed ministro iesu christi Illius enim te per-
urget potestas qui te affixus cruci subiu-
gavit. Illius brachiu͂ contremiscite qui devic-
tis gemitibus inferni animas ad lucē pdux-
it. Sit tibi terror corpus hominis, sit tibi for-

nido ymago. Nec resistas, nec moreris. Disce
de ab homine isto quoniam ut in homine habitaret
complacuit christo. Et ne me infirmissimum
contemnendum putes dum me peccatorem nimis esse
cognoscis. imperat tibi dominus pater. imperat
tibi maiestas christi, Imperat tibi deus filius
et deus spiritussanctus. imperat tibi apostolorum fides.
imperat tibi indulgentia confessorum. imperat
tibi sacramentum crucis. imperat tibi minis
teriorum virtus. Imperant tibi omnes sancti atque
electi dei. Exi seductor. exi transgressor ple
nus omni dolo et fallacia inimice. innocentium
persecutor. da locum durissime. da locum impiissime.
da locum christo in quo nihil inuenisti de operi
bus tuis qui te expoliauit. qui regnum tuum
destruxit. qui te uictum ligauit et vasa tua
destruxit. qui te proiecit in tenebras exteriores.
ubi tu cum ministris tuis sempiternis eris de
tentus temporibus. Sed quid nunc turbulente re
cogitas? quid temerario ore tractas? reus
omnipotenti deo cuius statuta transgressus es.
reus filio eius iesu christo quem tentare ausus
es et crucifigere presumpsisti. reus humano

generi cui mors tua prouenit perfusione. Ad
iuro te draco nequissime in nomīe agni īmacu
lati qui ambulauit super aspidem et basiliscū
et conculcauit leonē et draconē ut discedas ab
homīe isto. Discede ab ecclīa dei. contremisce
et effuge inuocato nomīe dn̄i illius quē inferi
tremunt. cui virtutes celorū et potestates et
dn̄ationes subiecte sunt. quē cherubin et se
raphin indefessis vocibus laudant. Imperat
tibi verbū caro factū. imperat tibi natus ex
maria virgine. imperat tibi iesus nazarenus
qui te cū discipulis suis contemnens elisum
et [illegible] prostratū exire iussit ab hoīe et sepa
ratus ut nec porcorū gregem presumebas
contingere. Recede ergo nunc adiuratus in
nomīe eius ab homine quē plasmauit. durū
est tibi velle resistere. durū est tibi contra sti
mulū calcitrare. quia quanto tardius exis.
tanto plus suppliciū tibi crescit. qm̄ nō hoīes
contemnis sed illū qui est dn̄ator viuorū et
mortuorū Dic expulsionē diaboli ter ut sup
Ergo maledicte dyabole cathecuminos
recognosce sententiam tuā. et da honorem deo

viuo et vero. da honorem iesu christo filio eius vnigenito et spui scto paraclito. Et recede ab hoc famulo dei N quia istu sibi deus et dns nr iesus christus ad sua sctam graciam et bndictione dono suo vocare dignatus est. Et hoc signu scte crucis ✠ quod nos fronti eius damus tu maledicte dyabole nuqj audeas violare Per eum qui venturus est Si placet dic etia alias expulsiones que solent dici super infantulis ¶ Sequitur coniuratio demonu sci augustini epi doctoris egregij mris eccle

IN nomie dni nri iesu christi Coniuro te dyabole sathanas ut N per prem et filiu et spmsctm et per omes sctos dei. per celu et terra et oia que in eis sunt. per solem. per lunam. per stellas et per omes planetas. per noctem. per diem. per lucem per tenebras. per estate. per hyemem. per ver. per autupnu. per mare. per aerem. per ventu. per igne. per nouem choros angelorum. per natiuitate iesu christi filij dei viui. per passione eius. per descensionem eius inferni. per resurrectione eius. per ascensione eius. per emissione spussci.

per adventū novissime diei. per tremendū diem iudicij. per castitatem marie virginis. per hu militatē marie virḡis. per pietatē marie. per sctitatē marie v̊ginis. per virtutes marie v̊ḡis per m̄iam marie v̊. per mortē marie v̊. per as suptionē marie v̊. per gl̄am marie. per gau diū eterne vite marie v̊. per pisces maris. p volucres celi. per crucē dn̄i nr̄i iesu christi. p lanceam christi. per spineā coronā. Coniuro te per flagella christi. per clavos christi dn̄i nr̄i. per arbores. per granū. per rorē. per ymbrem. per om̄ia que sub celo sunt. et que om̄ps deus creauit ad laudem et gl̄am glori osissimi nom̄is sui. ut non habeas potestatē ullam amplius sup homīes et similiter et is tū N. famulū dei stare nec nocere. nec ī die nec in nocte. nec vigilando nec dormiendo. nec manducando nec bibendo. nec ambulan do. nec in sedendo. nec in stando. nec in iacē do. nec in tacendo. nec in loquendo. nec in vi su. nec in auditu. nec in gustu. nec in odora tu. nec in tactu. nec in ullis membris suis. nec intus nec foris. nec in domo. nec extra

domū. nec in via. nec extra viam. nec in igne
nec in aqua. nec nō in oībus opibus suis ut nō
habeas potestatē aliquā sup hunc famulū dei
N. Sed in nomīe dnī nrī iesu cristi surge ve
lociter et vade in desertū locū ubi nulla sit ha
bitatio hoīm vel pecudū Amen In noīe patris
et filÿ et spūssctī Amen Sequitur exorcism9
ad expellendū demonē per sctm ambrosium
epm et scte mris ecclesie doctorē Coniuratio

Omīps dnē verbū dei pris iesu cristi
deus et pr̄ universe creature qui sctis
aplis tuis potestatē dedisti calcandi sup serpē
tes et scorpiones. qui inter cetera mirabiliū
tuorū [redacted] precepta dignatus es eis dicere. de
mones effugate. cuius virtute victus tanqȝ
fulgur de celo cecidit sathanas. Tuū nomen
tū tremore supplex deprecor. ut indignissimo
mihi data venia oīm pccōrū confidentiam et
possibilitatē donare digneris. ut hunc crude
lem draconē brachÿ tui munitus potentia et
virtute fideliter et securus aggrediar. Adiu
ro ergo te īmundissime spūs omīs fantasia
omīs incursio sathane in virtute noīs dnī nrī

iesu christi. qui post lauacrum iordanis in de
sertum ductus te in tuis deductionibus vicit.
ut quem ille de limo terre ad ymaginem glorie sue
formauit. tu desinas impugnare. et in homine
mirabili non humane fragilitatis sed omnipo
tentis dei ymaginem contremiscte. Cede ergo deo
qui te humiliatum in famulo suo iob in seruitu
tem redegit. Cede deo qui te et malitiam
tuam in pharaone et in eius exercitu per moy
sen seruum suum dimersit in abyssum. Cede deo
qui te in fidelissimum seruum suum dauid de saule
rege spiritalibus canticis pulsum fugauit.
Cede deo qui te per danielem puerum suum in bel
perdidit et in dracone prostrauit. Cede deo qui
te in iuda traditore damnauit. Ille enim nunc
te diuinis verberibus agitat in cuius conspectu
tuis legionibus tremens clamabas dicens
Quid nobis et tibi iesu fili dei venisti
ante tempus torquere nos. Ille te flammis per
petuis vrgeat qui in fine temporum dicturus est im
piis. Ite maledicti in ignem eternum quem preparaui
uit pater meus celestis dyabolo et angelis
eius. Tibi enim impie maledicte et angelis

tuis vermes qui nunquam moriuntur, tibi et angelis tuis inextinguibile preparatur incendium, quia tu maledictus homicidii princeps, tu auctor incestus, sacrilegorum caput, tu artium pessimarum magister, tu hereticorum doctor, tu totius obscuritatis inventor. Exi ergo nunc impie, exi scelerate, exi cum omni fallacia tua, quia hominem templum suum voluit esse deus. Sed quid diutius moraris? Da honorem deo patri cui omne genu flectitur, da honorem iesu christo filio eius qui pro homine sanguinem suum fudit, da locum spiritui sancto qui te per beatum apostolum petrum manifestavit in simone qui fallaciam tuam in anania et saphira condempnavit, qui te in herode rege honorem deo non dante percussit, qui te in helyma mago per apostolum suum paulum ex cecitate caliginis horrore perfudit, et per eundem in phitonissa verbo imperans exire precepit. Discede ergo nunc, discede seductor, tibi heremus est sedes, tibi habitatio serpens est. Humiliare et prosternere iam non tempus differendi. Ecce enim dominator dominus proximat cito, ignis ante ipsum ardebit et inflammabit in circuitu inimicos eius. Si hominem fallis,

deū non potes ividere. Ille te eiecit cuius oculis nihil occultū est. Ille te expellit cuius virtute et diuinitate uniuersa subiecta sunt. Ille te excludit qui tibi et angelis tuis ꝑparauit iehennā. de cuius ore exiet gladius. qui viuis et regnas deus potentissime ꝑ infinita secula. Dic tunc Item nō ego peccōr tibi impero īmundissime spūs. sed imperat tibi agnus īmaculatus iesus christus dn̄s nr̄. Vrgent te angeli. vrgent te archangeli. vrgent te apli. vrgent te euangeliste. vrgent te pḡiarche. vrgent te ꝓphe. vrgent te mr̄es. vrgent te confessores. vrgent te virgines. vrgent te om̄es scti et electi dei. Deficiant artes tue et om̄es insidie tue in die. in nocte. in omībus horis. Redde ergo fortitudinē in membris. redde anime sanitatē. non temptes eū. non morti tradas. nō in esca non in potu. nō in locis publicis. nec ī priuatis. non superuenias vigilanti. non dormienti. nec mentē moueas. nec vocem suffoces. nec impedias querentē vitā eternā. Recede ergo per nomen eterni dei a capite. a capillis. de vertice. de lingua. a sublingua. ab omi

lis. ab auribus. a naribus. ab ore. a collo. a maxil
lis. a dentibus. a gutture. a pectore. de ventre. de
brachijs. de manibus. de digitis. a femoribus. de
umbilico. de genibus. de ungulis. de neruis. de
venis. de pedibus. et de omū compagine mēbrorū
intus et foris. Separa te a famulo dei N. sicut
separauit deus pater celū a terra. lucē a tn̄bris.
veritatem a mendacio. bonū a malo. dyabolum
ab angelo. dulce ab amaro. sic eris separatus
īmunde spūs a creatura dei videlicet hoīe isto
Amen Asperge hoīem et dic ter Vade de
mon in desertū locū. scriptū est enī. Dominū
deū adorabis et illi soli servies Dic dñicam
precationē cū symbolo ad auriculā eius cū sal
ue regina Precipio tibi īmunde sps. in nomīe
dñi nři iesu christi. cui omē genu flectitur ce
lestiū terrestriū et infernorū ut exeas et rece
das ab hac ymagine dei N. Te expellat ab isto
famulo dei N. qui in virtute sua cecos illumi
nauit, paraliticos curauit, et mortuos susci
tauit et te et tuos cōpares corpibus expulit,
Qui vi. Tunc dic In nomīe dñi nři iesu christi
Amen. Adiuro vos demones per scām trini

tate, et per sanctam matrem domini salvatoris. adiuro vos demones per angelos et archangelos, et per omnes celestes virtutes. Adiuro vos per prophetas et patriarchas. per apostolos et euangelistas. per martires et confessores. per virgines, et per omnes sanctos dei ut non noceatis huic famulo dei N. neque in die, neque in nocte, neque vigilando, neque dormiendo. neque manducando, neque bibendo. neque alias faciendo quin dimittatis eum et fugiatis ab eo ut salvetur. Per eum qui venturus est iudicare etc.

Domine iesu christe fili dei vivi qui Oratio. Puerum centurionis sanasti, lazarum suscitasti, cecum natum illuminasti, hominem obsessum mutum et surdum liberasti. Per virtutem passionis tue, et per sanctam crucem tuam libera hunc famulum tuum N. ab hac infestatione demonum. Defende illum omni tempore ab omni adversitate. Adiuva illum quesumus domine et salva in hac infirmitate per tuam magnam clementiam. qui omnes homines magis cupis salvare quam damnare Qui venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem amen.

Si non vult cedere resume coniurationem vel passionem domini secundum iohannem cum aliis devotis orationibus

Vel lege euangeliū feria 4ta quatuor tēm pⁿ festū crucis. Et postq̄ demon expulsus est canta Te deum laudamus, et audias confessio nem illius hōis. et da ei sacramentū eucha[e] post hoc bndic eum et dic Oratio

Benedictio dei pris omīpotentis ✠ sit sem per tecū. Bndictio ✠ filij dei cū sctis aplis et martyribus sit semp tecū. Et ipe iesus marie filius cū sanctis virginibus sit ✠ semp tecum cū oībus suis sctis qui sunt in celo et in terra.

Adiuro te inimicū gnīs humani Coniuratio per nomen dei adonay. et per omīa nomīa dei ut non habeas amplius potestatem veniendi ad hoīem istū in cibo. in potu. in sumno. in dormiendo. in vigilando. in dolore. in tremore, in timore. in igne. seu in aqua. seu in ullo va leas sibi nocere. in mente, in anima seu in corpore. Dn̄e deus omps sis adiutor [illegible] sui

Dic Bndictio scte trinitatis et sancte marie et oīm sctorū saluet istū hoīem ab omnibus pe riculis exterioribus et interioribus. presenti bus et futuris. et confortet eū in omī bono et perducat eū in vitam eternā Item dic O

bone iesu sis sibi hodie et in omi tpe prius in ore, medius et ultimus in verbis et opibus. Omps mitissime deus respice sup eu. Oculis tue mie, sicut respexisti petru in atrio, maria magdalena in convivio, latronem in crucis patibulo. Concede ut cu petro pctm suu defleat, cu maria magdalena perfecte te diligat, cu latrone te in paradiso celesti eternalit videat Amen Item dic Dna mea scta maria perpetua virgo virginu, mater sume benignitatis et mie per illu doloris gladiu qui aiam tua pertransiit miserere nobis Amen

Exorcismus scti Ambrosii epi eximii doctoris

Exorciso te hostis humani gnis in nomie dei omipotentis ✠ ut recedas ab hoc precioso divini opificis plasmate. In hoc enim figmento est vera syon qua elegit dns in habitatione sibi. Discede ergo nequissime sathana cu oibus nequitiis et artibus tuis ✠ cu omi infestatione et incursibus tuis. nec ullas in hac dei imagine insidiaru tuaru subomittes reliquias. Ac ne id contemnendu putes, ecce signu dni nri iesu christi ✠ in quo omis

et r̄ ut s̄. Orō Dn̄e deus scte p̄r omp̄s, pater dn̄i
nr̄i iesu christi, in tuo nomīe et virtute confidens
diuinā potentiā inuocans, deprecor ut p̄ signū
iesu christi ✠ filij tui dn̄i nr̄i hic īmundus
sp̄us a creatura dei expellatur. Quicūqz aut
vndecūqz es īmunde sp̄us. Interdicitur tibi
per deū celorū, per deū angelorū, per deum
archangelorū, per deū p̄pharū, per deū aploꝝ
per deū mr̄m, per deū confessorū, per deum
virginū, per moderatorē et rectorē totius cre
ature, qui fecit celū et terrā mare et oīa
que in eis sunt, ut recedas ab hoc famulo dei
N. Adiuratus sp̄us īmūde per deū viuū
qui palmo mensus est celū, et pugno compre
hendit orbem terre, quē tremuit celū et terra
de sub cuius pede exeunt tonitrua. choruscati
ones, fulgura, pluuie, venti, qui sedet ad dex
terā p̄ris omipotentis, et huic creature dei
ultra non presumas īminendo nocere. Ecce
enī deus omp̄s veniet in nubibus celi cū exer
citu angelorū, et ardebunt montes, et sicut
cera liquescent, et campi ut sulphur, et ut
bitumen ip̄m mare exardescet, flumina ex

sitabunt. et plura libamina deficient ante con
spectũ claritatis sue. Tu spũs ubi effugies. et
ubi tunc relabis ĩmunde spũs ante iram dei.
vel ante iram agni dñ insurrexerit ventilare
terram ✠ Per ipsius nomen et virtutẽ con
iuro te ĩmundissime spũs ✠ qui passus est
sub poncio pilato. cuius gutta sanguinis in
terra cecidit et contremuit omĩs terra. qui la
zarũ suscitavit. qui paraliticũ curavit. clau
dos currere fecit sicut cervũ. cecos illumĩavit.
et puerũ centurionis sanavit leprosos mun
davit. mulierem a profluvio sanguinis mũ
davit et sanavit. ut famulo eius. N. incolumi
relicto concito cursu exeas. et post hoc tuis ver
sutijs lacessere non apponas. sit liber ab omĩ
temptatione dyabolica. ut pristina sanitate re
cepta mereatur laudare nomen sctm tuũ ✠
Deus celi. deus terre. deus angelorũ. deus
archangelorũ. deus pphetarũ. deus aplorũ.
deus mrm. deus confessorũ. deus virginum.
deus qui potestatẽ habes donare vitã post
mortem. requiẽ post laborẽ. quia nõ est alius
deus preter te. nec esse poterit verus creator

celi et terre nisi tu, qui verus rex es et cuius reg
ni non est finis. humiliter maiestati glorie tue
supplico ut hunc famulũ tuũ N. de ĩmundis
spiritibus liberare digneris ✠ Omīps sem
piterne deus salus eterna credentiũ. exaudi
nos pro famulo tuo. N. et da ei verã humili
tatẽ, veram patientiã, verã veritatẽ. et reli
quere vanas pompas dyaboli et angelorum
eius. et omẽs subiectos socios eorũ. Et sicut
liberare dignatus es adam de inferno, petrũ
de carcere, paulũ de vinculis. teclam de bestijs
susannã de falso crimine. paraliticũ de gra
bato, lazarũ de monumento. populũ israhe
liticũ de medio mari, ionam de ventre ceti,
lot de sodomis, tres pueros de camino ignis
ardentis. sidrac. misaac et abdenago, danielẽ
de lacu leonũ, et dauid de gladio maligno,
mariã magdalenã de septem demonijs, ita
eũ liberare digneris dñe ab antiquo perse
cutore. ✠ Oramus te dñe omīps ut spũs
iniquitatis nõ habeat potestatẽ in hoc famu
lo tuo. N sed ut fugiat et non reuertatur, nec
iterũ ingrediatur in eũ dñe te iubente. Boni

tas et pax dñi nři iesu christi, per quē redēp
ti sumus sit nobiscū. et ab omī malo nō time
mus. quia liberator nř nobiscū est. Qui vi
uit et regt. Postea signet eū cū manu dextra dicēs
Accipe N. signū crucis christi in manu dexte
ra tua, in nomīe pr̄is et filij et spūsscti amen,
Deinde in sinistra Pax tecū amen, signum
saluatoris dñi nři iesu christi in manu sinis
tra signare Ad linguā Signaculo crucis dñi
nři iesu christi redēptoris in lingua signare
Ad fronte Signaculo crucis dñi nři iesu xpi
in fronte signare. Signo te in nomīe dñi nři
iesu christi in fronte: ut confidas in eū.
Ad oculos Bndico oculos tuos ut videas clarita
tem eius Ad aures Bndico aures tuas ut au
dias verbū veritatis eius Ad nares Bndi
co nares tuas ut percipias odorē suauitatis ei9
Ad pectus Bndico pectus tuū, ut credas in eū,
Os et labia Bndico os tuū et labia tua ut
confitearis illi Ad pedes Bndico pedes tuos
ut ambulent in vijs dñi Ad manus Bndico
manus tuas ut operentur opa dei, in nomīe
dñi nři iesu christi saluatoris Qui viuit et

regnat deus per omnia secula seculorū Amen.

Alia signatio post liberationē oīm membrorū

Signo caput tuū, sicut signavit omīps deus infirmos in chana galilee. Signo oculos tuos sicut illuīavit dn̄s oculos cecorū illorū qui in evangelio leguntur. Signo oīa membra tua. ut ab ipsis expellatur dyabolus. qui ledit oēm carnem. Bn̄dicat te dn̄s sicut bn̄dixit quinq; milia virorū extra mulieres et infantes. Bn̄dicat te dn̄s sicut bn̄dixit domū abrahe, ysaac et iacob. Fiat sanitas dn̄i sup te qui sanavit mulierē de fluxu sanguinis. Custodiant te angeli et archangeli, et liberent te ab omībus malis et artificiis dyaboli. Protegat te deus isrl' et adiciat sanitatē et bn̄dictionē tibi hic et in futuro. Amen

Oratio sup liberatū a demonio

Quesumus omīps deus ut mittere digneris sctōs angelos tuos qui defendant et tueantur hoīem istū N. protegant illū vigilantē, illuminent dormientem. et ab omī infestatione dyabolica reddant quietū et securū. ut nullā deinceps habeat in eo potestatem pars iniqua. Non corpus eius neq; spūs ledere. aut fatigare. aut

terrere, aut tentationibus titillare presumat.

✠ Deus abraham, deus ysaac, et deus ia
cob, deus qui moysi famulo tuo in monte synai
apparuisti, et filios isrl de terra egypti edux
isti, deputans eis angelū pietatis tue qui cus
todiret eos die ac nocte, te qs ut mittere digne
ris sctm angelū tuū qui similiter hunc famu
lū tuū custodiat, et ab omī dyabolica lesione
custodiat

Exorcismus

Exorciso te omis incursus sathane et omne
fantasma, ut recedas ab hoc plasmate cū omi
malicia tua, cū sordibus et inquinamentis tuis
et non valeas deinceps. neq per te. neq p tuos
